



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

Tertia Petitio. Fiat voluntas tua quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

*Exemplum
lepsengens
imbecilli-
tatem &
stuporem
cordis hu-
mani fu-
gientis. De-
um.*

*Petamus.
hoc ordine
Et antefe-
runtur bo-
na aeterna.*

& contrà nobis infensus est, nihil audacter & conserter à sua benignitate potentibus & postulantibus. Ne veluti cùm opulentissimus & poterissimus Cæsar alicui mendico eam optionem & precandi libertatem offerret, ut quocunque eius ferret animus, ait optaret & peteret, se paratum esse munera, planè reg & magnifica largiri petenti: ille verò stolidus non plorido postularet sorbitio, meritò vrique ille proscelerato nebulone & homine nequā haberetur, qui Cæsare maiestatis mandatum ludibrio haberet, neque dignus esset amplius, qui in conspectu Cæsaris admitteretur: Ita quoq; Deo extremè contumeliam tanta tamq; ineffabilia bona nobis offerenti & pollicitanti, si eius inexhaustam benignitatem cōtemnamus aut nos certò consecuturos non speremus, ac proflo panis impetrando precari sustineamus.

Verū enim uero omnis hæc culpa impiæ incredibilitati nostræ assignanda est, non tantum bonitatis de Deo sibi et pollicenti, vt crederet ventrem a Deo tritum iri, omitto, vt indubie speraret, aliquando simili modi bona immortalia se consecuturum. Quare contra nos maniamus, hocque imprimis petamus, atq; ademum reliqua quoq; omnia abunde habemus, relati Christus ipse docet: Quærite primum regnum Dei, & cætera omnia adiicientur vobis. Quomodo nam pateretur rerum temporalium nos regni inopere cum æterna & cœlestia bona se nobis certè daturum persanctè reperit?

TERTIA PETITIO.

*Fiat voluntas tua, quemadmodum in ca-
lo, sic etiam in terra.*

Hacten

Hactenus ut nomen eius à nobis sanctificetur & *De ordine
colatur, tum præterea, vt eius regnum inter nos persitum.*
vigeat, precati sumus: quibus duobus plenè
comprehensum est, quicquid ad Dei honorem & no-
biam salutem pertinet, vt Deum cum omnibus suis
iurijs peculiariter consequamur. Verum hic alia rur-
sus nobis incumbit & vchemens quidem necessitas, vt
tantus vna cum Deo acceptas diuitias constanter ac
firmiter retineamus, neque nos vlo modo auelli inde
patiamur. Nam quemadmodū in republica bonis legi-
bus constituta, non tantum eos esse oportet, qui ædili-
um, prætorum & præfectorū partes obeant, hoc est, qui
publicis præsist ædificijs, & officiorum procurationi-
bus, sed etiam qui imperatores agant, qui hostiles in-
cusiones propestant, qui ab omni vi atq; iniuria patri-
am tueantur sedulò: Ita quoque hic, quanquam pro-
to, quod nobis summè necessarium est, orauimus, nem-
pe vt Euangeli fieremus compotes, neque non fidei
ac Spiritus Sancti participes, qui nos regat, è Diaboli
potestate liberet, illud tamen nobis quoque nihil se-
gnius orandum est, vt voluntatem suam fieri patiatur
Deus. Ut enim in cognita veritate persistamus, miræ
exortatur tragedie, multæq; impugnationes & casus
nobis erunt suffere adi, ab omnibus ijs, qui duo priora
summa ope impedi e nituntur atq; subuertere.

Nemo enim facile credit, quām diabolus omnibus
repugnet viribus, vt qui ferre non potest quenquam
restē docere, aut sīcē credere: neque illi quic-
quam potest accidere ægriùs atque dolentiùs, quām
quod videt nugaces & abominabiles doctrinas suas
sub speciosissimo Dæi nomine adoratas, iam exorta
luce Euangeli, detegi, atque ita turpiter subsannari,
insuper è pectoribus hominum euelli, talique clade re-
goi sui pomeria imminui. Quocirca tanquam inimi-
cus ira percitus fremit insaniens, omniq; exercitus sui

*Impedimenta & peri-
cula voca-
tions, que
à Deo dis-
cuti peti-
mus.*

*Diaboli ty-
rannus &
insidia.*

*Natura &
prauitas*

Ego imbecilis.

Mundi furores & exemplares.

A sedna priorum certantibus.

Ecclesia subiecta singulis armis.

robore nos incurrit & adoritur. Præterea omnium suorum copias sibi adiungens, mundi quoque & propriæ carnis nostræ socia arma auxilio sibi depoſitum. Etenim caro nostra per se pigra est, & prona ad malum tametsi verbum Dei apprehenderimus & credamus. Porro autem mundus extremè malus & improbus hunc in nos omnibus modis incitat, instigans ac provocans, ut obiecto impedimento nos retrahat, preſternat, ac denuò victos iterum suo imperio subiicit. Hæc tota sua voluntas est, has cogitationes versat animo, hoc diu noctuq; molitur, nec momento quidem quieti indulget & otio, omnibus suis artibus, deſlis, infidijs, rationibus, modis, vijsq; vtens, qualcumque excogitare poterit.

Quare non est, quod quicquam certius nobis superum policeamur, si nobis animus est esse Christianus quam cum Diabolo & omnibus angelis eius, neque non cum mundo, nobis suscipendas esse inimici, nos omnibus modis & omni molestiæ genere vexariſ & infestaturis. Vbicunq; enim gentium Euangeliū prædicatum, acceptum aut creditum fuerit, & factus produxerit: ibi necessario crucis quoque persecutioſe consequuntur. Neque est, quod quisquam cogitet, se pacatè & tranquillè victurum, sed semel ictu alea periclitandum esse de omnibus, quæcumque in terris viſiam possideret, de fortunis, honore, fama, zelis, coniuge, liberis, familia, denique etiam de vita capite proprio. Hoc iam nostræ carni nempe Adam veteri vehementer dolet: neque tamen malis cedendum est, sed magno animo conſtanter perseverandum & contraria fortiū eundum, ut invicta animi tolerantia quibuscumque iniurijs impugnati fuerimus, perfervimus, eaque æquo animo mitramus, quæcumque provis nobis erupta fuerint. Eam ob rem neceſſarium est, ut in omnibus alijs indeſinenter oremus

Tua voluntas precor fiat, optime Pater, non Diaboli,
neq; inimicorum nostrorum, neq; omnium illorum,
qui tuum sacratissimum verbum insectantur, quæren-
tes illud opprimere, aut regnum tuum impedire. Lar-
gire quoque nobis eam animi patientiam, vt quæcun-
que nobis propterea toleranda sunt, patienter suffera-
mus atque vincamus, ne miseranda nostra caro, victa
imbecillitate aut pigritia, repudiata cruce turpiter ter-
gueretur.

Ecce ita simplicissimè his tribus petitionibus, ne
cessitatem ipsi Deo incumbentem habemus, verunta-
men propter nos. Nobis enim tantum scribitur ac me-
titur, si quid orauerimus, nempe ita (sicut dictum est)
vt in nobis quoq; illud fiat, quod alioqui etiam extra
nos fieri oportet. Nam quemadmodum eius nomen
etiam nobis non orantibus sanctificari, & regnum eius
venire debet; ita quoq; voluntas eius non potest non
fieri, quanquam diabolus cum omnibus suis auxiliari-
bus copijs ei repugnet, irascatur, & insaniat, summa ope-
nitens totum Euangeliū subuertere. Verùm propter
nos met ipsos nobis orandum est, vt eius voluntas inter-
nos etiam aduersus eiusmodi illorum insanias cōpleta
locum inueniat, vt omnis illorum conatus frustra sit, &
nos aduersus omnem iniuriarū vim atq; insectationem
inconcessi perseveremus, ac talem Dei voluntatem
nobis nunquam displicere sinamus.

Talis, inquam, oratio, iam nunc nostra debet esse tu-
tela & propugnatio, quæ fuger prosternatque omne,
quicquid Diabolus, Episcopi, Tyranni & heretici ad-
uersus Euangeliū nostrum insidiosè moliuntur. Per-
mitte sanè, vt omnes magno erga nos irascantur sto-
macho, omnem (quod aiunt) mouentes lapidem, vt Diabolus sa-
collatis in unum consilijs decernant, quomodo nos ve-
nient oppriniere, subuertere, euellere, vt suæ voluntatis rannorism
& consilij fiant compotes. Horum omnium improbis terroribus,

Petamus
guberna-
tionem in
actionibus,
consolatio-
nem Eg-
natiō-
nem in a-
rumis.

Oremus
nos regi Eg-
nati, &c
Locatio sit
felix Eg-
nati.

*Ego infir-
mitatis no-
stra.*

consilijs & perfidis conſpirationibus, vnum atq; di-
rum Christianum, hac armatum precatipula, nos
verebor opponere: ille noster murus erit & propug-
naculum, quo vieti ac profligati ſedē ſuccumbent. Hanc
equidēm consolationem habemus, & hanc fiduciam
obtinemus, certō fore, vt Diabolus ac omnium inimico-
rum noſtrorum voluntas atq; conſilium, facta in
euaneſcant, quamlibet tandem ferociter inſoleſcant,
aut ſemet ſecuros & potentes eſſe conſidant. Nisi enim
illorū voluntas intercepia inſtrigeretur, Regnum
Dei locum in terris non haberet, ſed neq; nomen eius
ſanctificaretur.

QVARTA PETITIO.

Panem noſtrum quotidianum da nobis
hodie.

*Sequuntur
petitio re-
rum cor-
poralium.
Panis quo-
tidianus
quis sit*

*Quas res
complecta-*

HOC loco χριſtus καὶ καθόπω memores ſumus
hoc eſt, victus noſtri alendo corpori, & tem-
pore mortali vitæ ſuſtentandæ neceſſarij. Eſt autem ve-
rum perbreue ac ſimplex, ſed tamen latè patens. Vi-
enam panem quotidianum precaris ac nominas: In
omnia, quæ ad quotidiani panis fruitionem pertinent,
precaris, & rurſus eādem operā deprecaris euamo-
nia, quæ huic impedimento eſſe poſſunt. Quare co-
gitationes tuæ tibi probè aperiendæ ſunt & dilatandæ,
ne tantū in anguſtīs mactræ ac clibanī conſilias, ſed
in ſpatioſum campum euageris, panem quotidianum,
& omnis generis alimenta nobis producentem. Ni-
enim Deus ē terris fruges ſineret excreſcere, inſupere
aldeſi benediceret, & à calamitate defenderet: nun-
quam piftum panem ē clibano extraheremus, aut di-
ſubtantibus proponeremus.

Vt autem compendioſe dicamus, hęc petitio con-
clusa in ſe complecta omnia, quæcunq; ad hanc vi-